

IN PSALMUM CXLII

(1.) De psalmo quem cantavimus loquar quod dominus dederit caritati vestrae. Hesterno die psalmus brevior tractabatur, sed spatium temporis dabat nobis copiam etiam de paucis multa dicendi; nunc quoniam prolixior psalmus est, non debemus tantum in singulis versibus immorari, ne forte non concedat dominus facultatem ut totum peragere valeamus.

(2.) Titulus psalmi est IPSI DAVID, QUANDO EUM FILIUS SUUS PERSEQUEBATUR. In Regnorum libris novimus hoc factum esse: exstitisse inimicum Abessalon patri suo, gessisse contra illum non solum civile, verum etiam domesticum bellum, illum autem non deiecit inique, sed humiliatum pie accepisse a domino disciplinam, sustinuisse medicinam, non retribuente iniquitati iniquitatem, sed paratum cor habuisse ad sequendam domini voluntatem. Ille David ita laudabilis, sed alius David vere 'manu fortis', quod interpretatur David, dominus noster Iesus Christus agnoscendus est nobis. Praeterita enim illa facta figurae fuerant futurorum; nec diu commendandum est quod saepe audistis, quod optime retinetis. Quaeramus ergo in hoc psalmo dominum et salvatorem nostrum Iesum Christum praenuntiantem se per hanc prophetiam, et quid futurum esset in hoc tempore, per ea quae pridem facta sunt, praedicantem. Ipse enim se in prophetis praedicabat, quoniam ipse est verbum dei, nec illi aliquid tale

1, 2 hesterno ... tractabatur] *Psalmi 86, qui Carthagine tractatus est, mentio fieri videtur: cf. en. 86,1,1 2, 2-8 in ... voluntatem] cf. 2 Reg. 15,14sq. 11 saepe audistis] cf. e. g. serm. 272 B,2 (Misc. Ag. 1, p. 382); 312,3 (mi 38,1421 B); en. 103,4,6,24; 126,2,15sq.*

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ : $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w$, α_2 (= $F_2 F Mc_1$) 2, 1 titulus] *inc. K* 3 esse] *des. K* 8 sed] *inc. K* 10 est] *des. K*

In ps. CXLII. 1, 3 etiam copiam *tr. β* 5 non $C_1^2 So_1 P_6 X ma$, *om. cett.* 2, 7 habuisse cor *tr. ζ* 9 forte δ 10 fuerunt β 16 tale aliquid *tr. Y ma*

dicebant, nisi pleni verbo dei. Annuntiabant ergo Christum, pleni Christo; et illi eum venturum praecedebant, quos praecedentes non deserebat. Agnoscamus ergo quemadmodum et Christum persequatur filius suus. Habebat enim filios, de quibus dicebat: 20
Non ieiunant filii sponsi, quamdiu cum eis est sponsus; cum autem ab eis ablati fuerit sponsus, tunc ieiunabunt filii sponsi. Ergo filii sponsi apostoli, et inter hos persecutor diabolus Iudas. Passionem itaque suam in hoc psalmo praedicaturus est Christus. Audiamus.

(3.) Rursus autem ad hoc intentam facimus caritatem vestram, non docendo quod ignoratis, sed admonendo quod nostis dominum et salvatorem nostrum Iesum Christum caput esse corporis sui, illum unum mediatorem esse dei et hominum, hominem Iesum, natum ex virgine, tamquam *in solitudine*, sicut in 5
 Apocalypsi audivimus. Per solitudinem quippe arbitror, quod cc 2061
 solus ita natus est. Hunc enim illa mulier peperit recturum populum in virga ferrea. Haec autem mulier antiqua est civitas dei, de mi 1846
 qua in psalmo dicitur: *Gloriosissima de te dicta sunt, civitas dei.* Haec civitas initium habet ab ipso Abel, sicut mala civitas a Cain. 10
 Antiqua ergo ista civitas dei, semper tolerans terram, sperans caelum, quae etiam Ierusalem vocatur et Sion. Utique de nato quo-

21sq. Matth. 9,15 3, 4sq. illum ... Iesum] cf. 1 Tim. 2,5 5sq. Apoc. 12,6
 6 audivimus] sc. lectionem ex Apoc. 12 sumptam 7sq. hunc ... ferrea] Apoc.
 12,5 9 gloriosissima ... dei] Ps. 86,3 10 Abel ... Cain] cf. Gen. 4,8–17

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N A n_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 S o_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (*exc.*) $B r_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
 19 agnoscamus] *inc.* K 21 sponsus] *des.* K 22 ergo] *inc.* K 24 Christus]
des. K

19 deserebant $\varepsilon C_1 P_7$ | et *om.* $\alpha K C_1 P_7$ 21 eis] illis $\varepsilon \zeta P_{23} D$ 22 ablati
 ab eis *tr.* β 23 hos] filios sponsi *add.* β | persequitur α | Iudas diabolus *tr.* ζ
ma 3, 4 hominem *om.* $C_1 P_7 P_3$ 5 solitudine] -em $U P_5$ 9 gloriosa $\varepsilon \zeta S o_1$
 $Y ma$ | dicta sunt de te *tr.* $\beta \zeta S o_1 ma$ 10 ab ipso habet *tr.* βP_{15} 11 civitas
 dei ista *tr.* ζ 12 quas $\delta \varepsilon$ | vocantur $\pi \varepsilon$

dam in Sion et conditore ipsius Sion psalmus quidam dicit: *Mater Sion, dicit homo*. Quis homo? *Et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus*. Denique ipse in Sion factus est homo, sed humilis factus est homo, et idem ipse altissimus fundavit eam – *altissimus!* –, et idem ipse altissimus fundavit eam civitatem in qua factus est homo. Itaque et illa mulier sole cooperiebatur, sole ipso iustitiae quem non cognoscunt impij, qui dicturi sunt in fine: *Ergo erravimus a via veritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol non ortus est nobis*. Est ergo quidam sol iustitiae qui non oritur impijs. Ceterum istum solem facit oriri super bonos et malos. Ergo et amicta erat solem et gestabat visceribus masculum paritura. Idem ipse erat condens Sion et nascens in Sion: et illa mulier civitas dei, eius luce protegebatur cuius carne gravidabatur. Merito et lunam sub pedibus habebat, quia mortalitatem crescentis et decrescentis carnis virtute calcabat. Ergo ipse dominus Christus caput et corpus. Voluit enim etiam loqui in nobis, qui dignatus est mori pro nobis; membra sua nos fecit. Aliquando itaque ex persona membrorum suorum loquitur, aliquando ex persona sua, tamquam capitis nostri. Habet aliquid ille quod dicat sine nobis; nos sine illo nihil possumus dicere. Apostolus

13–15 mater ... altissimus] Ps. 86,5 (cf. en. 8,7,15sq.) 18 illa ... cooperiebatur] cf. Apoc. 12,1 18sq. sole² ... iustitiae] cf. Mal. 4,2 20sq. Sap. 5,6 22sq. istum ... malos] cf. Matth. 5,45 23sq. amicta ... paritura] cf. Apoc. 12,1,5 26 lunam ... habebat] cf. Apoc. 12,1

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N A n_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 S o_1$ ζ : $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$) 3, 29 aliquando] *inc.* K 31 nostri] *des.* K

14 dicit $\pi \beta$ 15 ea $U \beta$ 16 et idem ipse altissimus fundavit eam altissimus $\varepsilon \zeta Y$ (*quam lectionem etsi dubitanter probavi contextum attendens sermonis extemporalis et libere fluentis*); *om. cett. ma* (*Primmer adprobante*) 18 est *om.* δ 19 ipse ε | qui] quid δ 20 finem $U C_1$ 22 solem *om.* δ 23 solem β ; sole *cett. ma* 24 condens] non de δ 26 habebat sub pedibus *tr.* δ 27 dominus] Iesus *add.* $\varepsilon \zeta D$ 32 nos] vero *add.* δ

dicit: *Ut suppleam quae desunt pressurarum Christi in carne mea. Ut suppleam inquit quae desunt pressurarum, non mearum, sed Christi; in carne, non iam Christi, sed mea.* Patitur, inquit, adhuc Christus pressuram; non in carne sua, in qua ascendit in caelum, sed in carne mea, quae adhuc laborat in terra. Christus, inquit, pressuram patitur in carne mea: *Vivo enim iam non ego, vivit vero in me Christus.* Nisi enim Christus et in membris suis, hoc est fidelibus suis, pressuram ipse pateretur, Saulus in terra Christum in caelo sedentem non persequeretur. Denique aperte hoc exponens quodam loco: *Sicut enim corpus unum est inquit et membra habet multa; omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus: ita et Christus.* Non ait: 'ita et Christi', sed: 'corpus unum membra multa', *ita et Christus.* Totum ergo Christus; et quia totum Christus, ideo caput de caelo: *Saule inquit, Saule, quid me persequeris?* Tenete hoc, et fixum omnino mandate memoriae, tamquam filii ecclesiasticae eruditionis et fidei catholicae, ut agnoscatis Christum caput et corpus, eundemque Christum verbum dei unigenitum aequalem patri, et inde videatis quanta gratia pertineatis ad deum, ut ipse voluerit esse nobiscum unus, qui est cum patre unum. Quomodo cum patre unum? *Ego et pater unum sumus.* Quomodo nobiscum unus? *Non dicit inquit 'et seminibus', tamquam in multis, sed tamquam in uno 'et semini*

33 Col. 1,24 38sq. Gal. 2,20 42-44 1 Cor. 12,12 46sq. Act. 9,4
52sq. Ioh. 10,30 53-55 Gal. 3,16

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ :
 $P_6 T$ $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} YX e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)

35 Christus adhuc *tr.* $\pi \varepsilon T$ 38 non iam *tr.* ε 42 sicut] dicit *praem.* ζ | inquit *om.* πT 43 multa habet *tr.* $X ma$ 44 Christi] Christus δ , Christus et corpus *lo ma* 47 commendate $\varepsilon \gamma_1 \zeta X ma$ 48 ecclesiastici A ; ecclesiae H_1 (*ac.*) 49 cognoscatis α | Christum¹] christus A ; christum christus H_1 (*ac.*) 51 pertingatis $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} YX ma$ | ipse] ipsa δ 52 unum¹] unus $\varepsilon \gamma_1 \zeta YX$ unum²] unus $\varepsilon C_1 \zeta Y$ 54 uno] unum $V_2 \delta \varepsilon$

55 *tuo*, *quod est Christus*. Sed ait aliquis: ‘Si Christus semen Abrahae, numquid nos?’ Memento quia semen Abrahae Christus; ac per hoc si et nos semen Abrahae, ergo et nos Christus. Quomodo unum corpus multa membra, *ita et Christus*, et *quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis*. Nempe semen Abrahae
 60 Christus; nec contradici potest apostolicis apertissimis verbis: ‘*et semini tuo*’, *quod est Christus*. Videte quid nobis dicat: *Si autem vos Christi, ergo semen Abrahae estis*. Ideo magnum est et illud sacramentum: *Erunt duo in carne una*. Apostolus dicit: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in ecclesia*. Christus
 65 et ecclesia, *duo in carne una*. Refer ad distantiam maiestatis *duo*. Duo plane: non enim et nos verbum, non enim et nos in principio deus apud deum, non enim et nos ille per quem facta sunt omnia. Venitur ad carnem, et ibi Christus, et ille et nos. Non ergo miremur in psalmis. Multa enim dicit ex persona capit-
 70 tis, multa ex persona membrorum; et hoc totum, tamquam una persona sit, ita loquitur. Nec mireris quia duo in voce una, si duo in carne una.

(4.) Iudas filius sponsi persequens sponsum. Hoc tunc contigit, an et futurorum exemplum praemisum est? Multos enim falsos fratres passura erat ecclesia, ut adhuc et usque in finem sponsum illum filius persequatur. *Si enim inimicus exprobrasset*
 5 *mihī, sustinuissem utique* ait; *et si is qui oderat me, super me magna*

57sq. 1 Cor. 12,12 58sq. Gal. 3,27 61sq. Gal. 3,29 63 Gen. 2,24 | Eph. 5,32 66–68 cf. Ioh. 1,1.3 4, 4–6 Ps. 54,13

π : α ($V_2 Mc_7$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ : $P_6 T$ $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$

56 nos] et *praem.* $\zeta P_{23} X ma$ | mementote $\varepsilon \beta \gamma_1 \zeta P_{23} Y ma$; merito α_2 quia] quod δ 57 et² *om.* λ 62 Abrahae semen *tr.* $\varepsilon \beta$; semen Abrahae semen *U*; Abrahae estis semen *tr.* δ | et *om.* $\gamma_1 X ma$ 65 refert $\delta \alpha_2 P_4$ 71 persona *rep.* U 4, 1 contingit ε 3 ut] et $\beta \zeta$ 4 *persequitur β inimicus *om.* δ

locutus fuisset, absconderem me utique ab eo. Quis est inimicus? Quis est qui oderat me? Qui dicit: ‘Quis est Christus? Homo fuit Christus, nec vivere potuit, cum vellet vivere: et mortuus est, inquit, nolens, evictus, crucifixus, occisus’. Inimici ista dicunt. ‘Apertus iste inimicus est, ait Christus, odit me, apertas mihi in- 10 dicit inimicitias; facile est istum vel tolerare vel evitare. Quid facio de Abessalon? Quid facio de Iuda? Quid de falsis fratribus? Quid de malis filiis et tamen filiis’, qui non contra nos blasphemant Christum, sed nobiscum adorant Christum, et in nobis persequuntur Christum? De quibus consequenter in eodem psalmo cc 2063 dicitur: ‘Alium facile erat perferre, eum *qui oderat me*, vel *absconderem me ab eo*’. Abscondis enim te a pagano intrans ecclesiam. Quando autem et ibi invenis quod timeas, quid quaeris ubi te abscondas? Denique ille ipse apostolus qui gemit in periculis a falsis fratribus: *Foris inquit pugnae, intus timores. Si ergo is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, absconderem me utique ab eo; tu vero unianimis meus.* Unanimem dicit, tamquam unum in Christo. Est ergo ecclesiae quod ferat foris, gemat intus: inimicos tamen suos deputet foris et intus; foris facilius evitabiles, intus difficiliter tolerabiles. 20

(5.) Dicat ergo dominus noster, dicat Christus nobiscum, mi 1848 totus Christus: DOMINE, EXAUDI ORATIONEM MEAM, PERCIPE

20 2 Cor. 7,5 21sq. Ps. 54,13sq.

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ : $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc$) 5, 1 dicat¹) *inc. K*

6 absconderem β ; abscondissem *cett. ma* 9 inquit] inquit $V_2 F \varepsilon \zeta P_{23}$ *ma* | evictus] et vinctus β 10 odet δ 11 vitare $\gamma_1 T ma$ 14 in nobis] nobis $V_2 A$; nobiscum $H_1 F F_2$ 16 oderant ε | absconderem] *abscondere $\delta \varepsilon \zeta P_{23} Y ma$ 18 times $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} X ma$ 21 abscondissem $X ma$ | utique] forsitan β 22 unanims $H_1 P_4 P_{23} So_1 X ma$ | unanimem $V_2 H_1 P_4 P_{23} Y So_1 X ma$ | uno ε 23 est ... 5, 2 Christus *om.* δ | ecclesia ε | gemit ε

AURIBUS PRECEM MEAM. Hoc est EXAUDI quod PERCIPE AURIBUS; repetitio confirmatio est.

- 5 IN VERITATE TUA EXAUDI ME, IN TUA IUSTITIA. Ne utcumque accipiatis, cum dicitur IN TUA IUSTITIA – commendatio est enim gratiae, ne unusquisque nostrum iustitiam suam putet. Haec enim iustitia dei est, quam ut habeas deus dedit. Nam qui voluerunt de sua iustitia gloriari, quid de illis dicit apostolus?
- 10 *Testimonium inquit eis perhibeo, quia zelum dei habent.* De Iudaeis loquens, *zelum inquit dei habent, sed non secundum scientiam.* Quid est *non secundum scientiam*? Quam enim tu commendas utilem scientiam? Numquid illam quae, cum sola fuerit, inflat, quae, nisi comitata fuerit caritate, non aedificat? Non utique
- 15 ipsam, sed illam scientiam comitem caritatis, magistram humilitatis. Vide si ipsa est: *Zelum inquit dei habent, sed non secundum scientiam.* Exponat quam dicat scientiam: *Ignorantes enim dei iustitiam et suam volentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti.* Qui ergo volunt constituere iustitiam suam? Qui quod bene fecerint, sibi imputant, quod male, deo, omnino perversi. Denique
- 20 recti erunt, cum hoc ipsum converterint. Perversus ideo quia quod male, deo, quod bene, tibi. Rectus eris, quando quod male feceris, tibi, quod bene feceris, deo. Non enim ex impio iuste viveres, nisi ab illo iustus factus *qui iustificat impium.* Ergo, in-
- 25 quit, IN VERITATE TUA EXAUDI ME, IN TUA IUSTITIA, non in mea,

5, 10sq. Rom. 10,2 13sq. inflat ... aedificat] cf. 1 Cor. 8,1 15sq. illam ... humilitatis] cf. 1 Cor. 8,1 17sq. Rom. 10,3 24 Rom. 4,5

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ : $P_6 T$ K (exc.) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
5 iustitia] des. K 6 commendatio] inc. K 8 dedit] des. K

5, 10 eis inquit tr. $\gamma_1 X ma$ 11 dei inquit tr. $\zeta X ma$ | sed non secundum scientiam ante de (l. 10) tr. γ_1 12 quid ... 17 scientiam¹ om. δ 13 scientiam utilem tr. U 14 caritate fuerit comitata tr. ε 17 enim om. $T ma$
18 statuere β 22 quando] quoniam dicitur $\varepsilon C_1 P_7$

ut *inveniar in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed eam quae ex fide*. Ecce IN TUA IUSTITIA, *non quae ex lege est, sed ea quae est ex fide*, EXAUDIME. Ad me enim cum respicio, nihil aliud meum quam peccatum invenio.

- v. 2 (6.) ET NE INTRES IN IUDICIUM CUM SERVO TUO. Qui cum cc 2064
illo intrare volunt in iudicium, nisi qui ignorantes dei iustitiam,
suam volunt constituere? *Quid est quod ieiunavimus, et non vidi-*
sti, defraudavimus animas nostras, et nescisti? – tamquam dicentes:
‘Fecimus quod iussisti; quare non reddis quod promisisti?’ Re- 5
spondet tibi deus: ‘Ut accipias quod promisi, ego dabo; ut faceres,
quare acciperes, ego dedi’. Denique superbis talibus loquitur pro-
pheta: *Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquistis*
me, dicit dominus. Quid vultis mecum in iudicium intrare, et ius-
titias vestras commemorare? Commemorate iustitias vestras; ego 10
novi facinora vestra. Quomodo approbabo iustitiam, ubi damna-
bo superbiam? Merito iste humilis in corpore Christi, discens a
capite quoniam mitis est et humilis corde, ‘NE INTRES inquit IN
IUDICIUM CUM SERVO TUO: non litigemus. Nolo tecum habere
causam, ut ego proponam iustitiam meam, tu convincas iniquita- 15

26sq. Phil. 3,9 6, 3sq. Is. 58,3 8sq. Ier. 2,29 13 cf. Matth. 11,29

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
28 me¹] *inc. K* 6, 1 tuo] *des. K*

27 quae¹] est *add. ε C_1 So_1 ma* | fide] est *add. U* | non ... fide $\varepsilon \gamma_1 \zeta Y D$; *om.*
cett. ma 28 fide] ecce in tua iustitia **rep. γ_1 6, 1 ne*] non εP_3 ; $So_1 \zeta K P_{23} Y$
 X | cum servo tuo in iudicium *tr. δ* | iudicium *Psalt. Rom. (var.), $\alpha U An_4 Y$*
X ma; iudicio *cett.* 2 volunt intrare *tr. X ma* 5 facimus ε | *respondit δ
 $P_4^2 P_3$; $C_1 P_7$ 9 iudicium $Mc_1 U Y T ma$; iudicio $V_2 \delta \varepsilon \beta P_6 P_{23}$ | iudicium
intrare] iudicio contendere intrare (*intrare exp. C_1^2*) $C_1 P_7 P_3$; iudicio con-
tendere $So_1 X$ | et iustitias vestras commemorare *om. α_2* 10 vestras iustitias
tr. C_1 P_7 X ma 12 dicens $\delta C_1 P_7 Y$ | a capite] accipite δ 13 ne intres
inquit] dicit ne intres ζ 14 iudicium $V_2 U Y P_6 ma$; iudicio *cett.* 15 pro-
pono ε

tem meam'. NE INTRES IN IUDICIUM CUM SERVO TUO. Quare hoc? Quare times? QUONIAM NON IUSTIFICABITUR CORAM TE OMNIS VIVENS. OMNIS VIVENS, hic utique vivens, in carne vi-
 mi 1849 vens, moriturus vivens, natus homo, ex hominibus vivens, de
 20 Adam, Adam vivens. Omnis ita vivens iustificari forte potest coram se, non coram te. Quomodo coram se? Sibi placens, tibi displicens: CORAM TE autem NON IUSTIFICABITUR OMNIS VIVENS. Noli ergo mecum intrare in iudicium, domine meus. Quantumlibet rectus mihi videar, producis tu de thesauro tuo
 25 regulam, coaptas me ad eam, et pravus invenior. NE INTRES IN IUDICIUM CUM SERVO TUO. Bene CUM SERVO TUO: indignum est tibi in iudicium intrare cum servo tuo, nec cum amico quidem tuo, quia *vobis dico amicis meis* non diceres, nisi ex servis amicos tu ipse fecisses. Tu licet dicas amicum, ego confiteor servum: mi-
 30 sericordiam indigeo, fugitivus redeo, pacem quaero; *non sum dignus vocari filius tuus*.

NE INTRES IN IUDICIUM CUM SERVO TUO, QUONIAM NON IUSTIFICABITUR IN CONSPECTU TUO OMNIS VIVENS. *Ante mortem ne laudes hominem quemquam*: omnino OMNIS VIVENS. Quid

28 Luc. 12,4 30sq. Luc. 15,21 33sq. Eccli. 11,30

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
 16 quare] *inc. K* 28 tuo] *des. K*

16 iudicio $\gamma_1 P_4$ 17 timet *lo ma* 18 omnis vivens² *om. βK* | in carne vivens moriturus vivens *om. π* 19 ex] et π | de Adam *om. ε* 20 Adam² *om. $\gamma_1 Y X$* 21 non *om. πY* ; tamen *add. β* 23 intrare mecum *tr. β* | iudicium $U K P_5 \zeta Y ma$; iudicio *cett.* | domine] dominus $K P_4$; deus *add. $P_6 ma$* 24 quantumlibet] quantum mihi libet ε | mihi rectus *tr. $\beta P_3 K C_1 P_7$* 26 iudicio $K C_1 P_4$ | est *om. δ* 27 intrare in iudicium β | cum servo tuo intrare in iudicium $X ma$ | iudicio C_1 | ne $\lambda \varepsilon P_{23}$ | nec quidem cum amico *tr. $\beta C_1^2 P_{15} So_1 X$* ; nec cum amico tuo quidem *tr. α* ; quidem nec cum amico *tr. $C_1 P_7$* 28 dixisses U 29 misericordiam $U \varepsilon \beta C_1 P_7$; misericordia *cett. ma* 32 iudicio C_1 34 vivens] vel (vel *om. P_6*) non iustificabitur in conspectu dei *add. ζ*

ipsi arietes, quid ipsi apostoli, de quorum prole dicitur: *Afferte* 35
domino filios arietum? Ex his est Paulus, qui dicit non se esse per-
 fectum: *non quia iam acceperim inquit aut iam perfectus sim.* De-
 nique, fratres, ut cito agnoscatis, ipsi didicerunt orare quod ora-
 mus, ipsis data est regula postulandi a iurisperito caelesti: *Sic ora-*
te inquit. Et cum quaedam praemisisset, posuit et hoc ut dicerent cc 2065
 arietes nostri, duces ovium, et praecipua membra pastoris et con-
 gregatoris unius gregis, ipsi didicerunt dicere: *Dimitte nobis debita*
nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Non dixerunt:
 ‘Gratias tibi, qui dimisisti nobis debita nostra, sicut et nos dimisi-
 mus debitoribus nostris’, sed: *Dimitte, sicut dimittimus.* Orabant 45
 autem iam fideles, utique iam apostoli: nam ista oratio dominica
 magis fidelibus datur. Si debita illa tantummodo dicerentur quae
 per baptismum dimittuntur, catechumenis congrueret magis
 orare: *Dimitte nobis debita nostra.* Dicant ergo apostoli, dicant:
Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus 50
nostris. Et cum eis dictum fuerit: ‘Quare hoc dicitis? Quae debita
 vestra?’, respondeant: QUONIAM NON IUSTIFICABITUR IN CON-
 SPECTU TUO OMNIS VIVENS.

v. 3

(7.) QUONIAM PERSECUTUS EST INIMICUS ANIMAM MEAM,
 HUMILIAVIT IN TERRA VITAM MEAM. Vide nos, vide caput,
 caput nostrum pro nobis: QUONIAM PERSECUTUS EST INIMICUS
 ANIMAM MEAM. Persecutus est plane et diabolus animam Christi,
 et Iudas animam magistri: et nunc ad persecutionem corporis 5

35sq. Ps. 28,1 37 Phil. 3,12 39sq. Matth. 6,9 42sq. Matth. 6,12

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$
 7, 1 quoniam] *inc. K*

36 Paulus est *tr. X ma* 37 acciperem π | ut $\pi \varepsilon$ 41 congregatoris *T ma*;
 -res *ceft.* 44 *delicta β | dimisimus β ; dimittimus *ceft. ma* 46 autem] uti-
 que *add. \varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y D* 47 qui ε 48 magis congrueret *tr. U* 51 qui δ
 7, 3 caput δ ; *om. ceft. ma*

Christi idem diabolus manet; Iudas autem Iudae succedit. Non tamen deest de quo dicat et corpus: QUONIAM PERSECUTUS EST INIMICUS ANIMAM MEAM, HUMILIAVIT IN TERRA VITAM MEAM. HUMILIAVIT inquit IN TERRA VITAM MEAM. Alio loco dicitur:

- 10 *Curvaverunt animam meam.* Quid enim nobiscum agit quisquis persequitur, nisi ut relicta spe caelesti terram sapiamus, persecutori cedentes terrena diligamus? Et illi quidem, quantum in ipsis
mi 1850 est, hoc agunt; nobis autem hoc non contingat, quibus dicitur: *Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite, ubi Christus est*
15 *in dextera dei sedens; quae sursum sunt quaerite, non quae super terram: mortui enim estis.* Nam non iustificabitur coram deo omnis vivens. Illi ergo vel aperte saeviendo, vel occulte insidiando conantur perducere vitam nostram ad terram; contra hos vigilemus, ut dicere possimus: *Nostra enim conversatio in caelis est.*
20 HUMILIAVIT inquit IN TERRA VITAM MEAM inimicus.

(8.) COLLOCAVERUNT ME IN TENEBROSIS, SICUT MORTUOS SAECULI. Hoc a capite expeditius auditis, expeditius hoc in capite agnoscitis. Ille enim pro nobis mortuus factus est, sed non mortuus saeculi. Qui enim mortui sunt saeculi? Et quomodo ille
5 non erat mortuus saeculi? Mortui saeculi, merito mortui, mercedem recipientes iniquitatis, et mortem ducentes ex peccati propagine, ex illa voce qua dicitur: *Ego enim in iniquitate conceptus*
cc 2065

7, 10 Ps. 56,7 13–16 Col. 3,1–3 19 Phil. 3,20 8, 7sq. Ps. 50,7

π : α (V_2 Mc_1) δ (A H_1) λ : π U ε : N An_4 β : P_4 P_5 γ_1 : C_1 P_7 So_1 ζ : P_6 T K (*exc.*) Br_1 P_{23} *lectiones selectae*: D P_3 P_{15} YX e_3 w , α_2 (= F_2 F Mc_1)
8 meam²] *des.* K 10 quid] *inc.* K 12 diligamus] *des.* K 18 contra] *inc.* K

7 tamen] ergo *lo ma* 8 animam meam inimicus *tr.* ζ | humiliavit ... meam *om.* A (*ac.*) P_4 9 dicitur] dixerat α ; dixerunt δ 13 nobis autem] nam nobis α 15 quae²] *sunt *add.* β 16 enim] autem β 20 inimicus *om.* β 8, 1 mortuis V_2 δ 2 a] ex β | auditis U ε P_3 T ; et *add.* *cett.* ma 3 agnosce-
tis π | non *om.* π 4 sunt mortui *tr.* K β P_{15} 5 mortui¹] mortuus ε mortui saeculi *om.* β P_{15} 6 et] in K C_1 P_7 | propaginem β P_{15} 7 qua] qui K C_1 | *iniquitatibus β α_2 *ma*

sum, et in peccatis mater mea me in utero aluit. Venit autem ille per virginem assumens carnem, non iniquitatem carnis, assumens carnem mundam mundatricem. Illi autem quem peccatorem putabant, tamquam mortuum saeculi deputabant. At ille qui in alio psalmo dixit: Quae non rapui, tunc exsolvebam, et qui dixit in evangelio: Ecce venit princeps mundi, praepositus mortis, operis mali persuasor, supplicii exactor, veniet inquit et in me nihil inveniet. Quid est in me nihil inveniet? Nullam culpam, nihil quare mori debeam. Sed ut sciant omnes quia voluntatem inquit patris mei facio, surgite, eamus hinc ut moriar. Ut moriar, inquit, voluntatem patris mei facio, non autem morte sum dignus. Nihil feci unde moriar, sed facio ut moriar, ut illi per innocentis mortem liberentur, qui habebant quare morerentur. COLLOCAVERUNT ME IN TENEBROSIS, tamquam in infernis, tamquam in sepulcro, tamquam in ipsa passione; VELUT MORTUOS SAECULI, eum qui dicit: Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Quid est liber? Quare liber? Quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Denique non solveret a vinculis, nisi liber a vinculis.

12 Ps. 68,5 13 Ioh. 14,30 | praepositus mortis] *cf. e. g. epist. 164,2 (CSEL 44, p. 525) in quo princeps et praepositus mortis non invenit aliquid; serm. 263,2 (PLS 2,592); Dolbeau 17,7,156 (p. 146); en. 29,2,11,8 14sq. Ioh. 14,30 15–17 quid ... hinc] *cf. e. g. en. 50,9,24 'et in me nihil inveniet', nihil peccati, nihil morte dignum, nihil damnatione dignum ... 'Sed ut sciant ... eamus hinc'; 147,27,25sq. 16sq. Ioh. 14,31 23 Ps. 87,5sq. 24sq. Ioh. 8,34**

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N A n_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 S o_1$ ζ : $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$) **8, 9** virginem] *des. K* **19** ut²] *inc. K* **22** saeculi] *des. K*

8 in utero me *tr. λ $P_{23} Y$* **14** venit *ma* **15** nihil in me *tr. δ* **16** debeamus δ | sed] *et β **17** facio] *ergo add. P_4 ; *ego add. P_5 | ut moriar¹ β ; om. cett. ma* | ut² *om. π* **18** mei *om. ζ* **20** quia $V_2 \delta$ | morientur $V_2 A$; -iantur α_2 collocaverunt me] collocavit β **21** tenebris $\alpha \gamma_1$ **22** mortuus $\pi \varepsilon K C_1$ (*ac.*) **23** inter mortuos liber (*ita et Prosp. ps. 142,37*) in mortuis liber (*ita Psalt. Ver.) add. π*

Ille liber mortem occidit, vinculum vinxit, captivitatem captivavit, et collocaverunt eum in tenebrosis tamquam mortuum saeculi.

(9.) ET TAEDIUM inquit PASSUS EST IN ME SPIRITUS MEUS. v. 4
 Recordamini: *Tristis est anima mea usque ad mortem*. Videte vocem unam: numquid non apparet ipse transitus a capite ad membra, a membris ad caput? TAEDIUM inquit PASSUS EST IN ME
 5 SPIRITUS MEUS. Agnoscimus: *Tristis est anima mea usque ad mortem*. Sed et illic nos eramus. Transfiguravit enim in se corpus humilitatis nostrae conformans corpori gloriae suae; et vetus homo noster confixus est cruci cum ipso.

mi 1851 IN ME CONTURBATUM EST COR MEUM: IN ME, inquit, non in aliis. Illi enim me deseruerunt, et illi qui inhaeserant recesserunt, et me ipsum quia mori videbant, aliud aliquid putaverunt, et a latrone victi sunt, qui tunc credidit, quando ipsi defecerunt.

(10.) Inde ad membra. MEMORATUS SUM DIERUM ANTIQUORUM. v. 5
 Numquid memoratus est ille dierum antiquorum, per quem factus est omnis dies? Sed loquitur corpus, loquitur unusquisque illius gratia iustificatus, inhaerens illi in caritate et devota

26sq. captivitatem captivavit] cf. Ps. 67,19 (Eph. 4,8) 9, 2 Matth. 26,38
 6sq. transfiguravit ... suae] Phil. 3,21 7sq. vetus ... ipso] cf. Rom. 6,6
 12 qui ... credidit] cf. Luc. 23,42

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (exc.) $Br_1 P_{23}$ lectiones selectae: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
 9, 1 et] inc. K 2 mortem] des. K 9 in¹] inc. K 10, 4 iustificatus] des. K

27 mortuos $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$ 9, 3 unam] meam $\alpha_2 \varepsilon P_{23} Y lo$ | non ζma ;
 om. cett. | a capite] accipite δ 6 nos illic tr. ζ | se in tr. δ ; in om. β 8 illo
 $X ma$ 9 turbatum $X P_6 ma$ 10 inhaeserunt $A K$ 12 a om. π | illi $X ma$
 10, 1 inde a membra V_2 ; inde a membris A ; inde a membras H_1 ; in mea
 membra α_2 | antiquorum] numquid memoratus sum dierum antiquorum
 add. β 2 memoratus est ille] memoratus P_4 ; memoratus sum $P_4^2 P_5$ 4 et
 om. λ

humilitate; loquitur et dicit: ‘MEMORATUS SUM DIERUM ANTI- 5
 QUORUM, MEDITATUS SUM IN OMNIBUS OPERIBUS TUIS, quia cc 2067
 utique omnia bona tu fecisti, et nihil constitisset quod a te consti-
 tutum non esset. Creatura tua mihi exspectaculum facta est; quae-
 sivi in opere artificem, et in conditis omnibus conditorem’. Qua-
 re hoc? Utquid hoc, nisi ut et hoc intellexeret, quidquid in se 10
 boni esset ab illo factum esse, ne ignorans iustitiam dei, et suam
 volens constituere, iustitiae dei subiectus non esset, ut ei conveni-
 ret vox illa superior IN VERITATE TUA ET IN IUSTITIA TUA? In
 omnibus ergo dei operibus et meditatione omnium operum dei
 gratiam insinuat, gratiam commendat, gratiam se invenisse gloria 15
 tur, gratiam qua gratis salvi facti sumus, quia et gratis [salvi] facti
 sumus. Quid gloriaris in tua iustitia? Quid te extollis, ignorans
 dei iustitiam? Dedisti forte aliquid ut salvus esses? Quid dedisti ut
 homo esses? Respice ergo conditorem vitae tuae, substantiae et
 iustitiae et salutis auctorem. Meditare IN FACTURIS MANUUM 20
 EIUS, quia et iustitiam quae in te est, ad manum eius invenies per-
 tinere. Audi apostolum hoc te docentem: *Non ex operibus* inquit
ne forte quis extollatur. Opera bona non habemus? Habemus
 plane, sed vide quid sequitur: *Ipsius enim sumus figmentum*. Dixit:
Ipsius sumus figmentum. Forte naturam, quia homines sumus, 25

10, 11sq. ignorans ... esset] cf. Rom. 10,3
 22sq. Eph. 2,9

13 superior] cf. supra 5,5

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w$, α_2 (= $F_2 F Mc_1$)
 5 memoratus] *inc. K* 8 esset] *des. K* | quaesivi] *inc. K* 11 esse] *des. K*
 13 in³] *inc. K* 15 gloriatur] *des. K*

5 humilitate] in *praem.* ε 7 constitisset] constituisti δ | a te] ante δ 8 mihi
 exspectaculum βY (*cf. en. 147,2,52*); nihil exspectaculum $C_1 P_7$; nihil specta-
 culum N ; mihi spectaculum *cott.*; spectaculum mihi *ma* 10 et *om.* $H_1 \varepsilon C_1$
 $P_7 P_6$ 13 illa vox *tr.* δ 14 et *om.* $\pi \varepsilon Y$ | meditationem π 15 venisse ε
 16 salvi² *seclusit Weidmann* 21 manum] opera manuum $D ma$ (*var.*)
 25 quia] *qua $\alpha_2 An_4 \zeta P_{23} ma$

commemorare voluit hoc appellato figmento? Non plane; de operibus loquebatur: *Non inquit ex operibus, ne forte quis extolatur: ipsius enim sumus figmentum*. Sed non coniciamus, sequatur, loquatur: *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu*
 30 *in operibus bonis*. Noli ergo putare te aliquid operari, nisi in quantum malus es. Avertere ab opere tuo in te ad opus illius qui fecit te. Ipse formet, ipse quod formaverat et tu exterminasti, reformet. Ut enim sis, ipse operatus est; ut bonus sis, si bonus es, ipse operatur. *Cum tremore inquit et timore vestram ipsorum salutem operamini*. Si nostram ipsorum salutem operamur, quare cum timore, quare cum tremore, cum sit in potestate nostra quod operamur? Audi quare cum timore et tremore: *Deus est enim qui operatur in vobis et velle et operari, pro bona voluntate*. Ergo cum timore et tremore, ut delectet *in convalle* operari artificem nostrum. Sic enim operatur tamquam in deiectis, qui iudicat in gentibus, et replet ruinas. IN FACTURIS MANUUM tuarum
 40 MEDITATUS SUM. Vidi ergo, inspexi opera tua, quia nihil boni esse in nobis potest, nisi abs te fiat, qui nos fecisti.

mi 1852 (11.) Et quid feci, cum viderem a te omne donum, *omne datum optimum et omne donum perfectum de sursum esse, descendens a patre luminum, apud quem non est commutatio nec momenti*
 cc 2068

28–30 Eph. 2,10 34sq. Phil. 2,12 37sq. Phil. 2,13 39 in convalle] Ps. 83,7. 40 40sq. iudicat ... ruinas] cf. Ps. 109,6 11, 1–4 Iac. 1,17

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ : $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} YX e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$) 41 in²] *inc. K* 11, 1 feci] *des. K*

26 figmentum $V_2 \delta \varepsilon$ 27 quis forte *tr. ma* 28 ipsius enim sumus figmentum *om. lo ma* | ipsius ... loquatur *om. \lambda* | sequitur $P_{23} YX$ 29 loquatur β ; *om. cett. ma* 30 te *om. \alpha* 31 averte $C_1 X ma$ | in *om. \varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} YX ma* 32 formet] -at *ma* | ipse²] et *praem. \gamma_1 ma* 33 ut enim sis] etenim si γ_1 37 est *om. \pi \varepsilon Y* 39 operare $V_2 \delta N$ 40 sic] si π 42 vide $\varepsilon C_1 P_7$ | inspexi] et *praem. \gamma_1 X T ma* 43 in nobis esse *tr. \pi \varepsilon \zeta P_{23} Y* | in nobis potest esse *tr. U* 11, 1 omne donum *om. \lambda \varepsilon \zeta P_{23} X ma* 3 transmutatio $V_2 \varepsilon \zeta P_{23} Y$

obumbratio? Cum hoc viderem, aversus ab opere malo quod feceram in me, EXTENDI MANUS MEAS AD TE. EXTENDI inquit MANUS MEAS AD TE, ANIMA MEA VELUT TERRA SINE AQUA TIBI. Complue, inquit, me ad faciendum fructum bonum. Dominus enim dabit suavitatem, ut terra nostra det fructum suum. EXTENDI MANUS MEAS AD TE, ANIMA MEA VELUT TERRA SINE AQUA, non mihi, sed TIBI. Sitire tibi possum, me irrigare non possum. ANIMA MEA VELUT TERRA SINE AQUA TIBI, quia *sitivit anima mea in deum vivum*. Quando veniam, nisi quando venerit? *Sitivit anima mea in deum vivum*, quia ANIMA MEA VELUT TERRA SINE AQUA TIBI. Abundat mare, inundat, copiosum est, fluctuat, sed amarum est. Discreta est aqua, apparuit arida anima mea; irriga eam, quia VELUT TERRA SINE AQUA TIBI.

v. 7 (12.) CITO EXAUDI ME, DOMINE. Quae enim mora, quando sic sitio, ad inflammandam sitim meam? Pluviam differebas, ut hauriens imbiberem, non respuerem quod influeres. Si ergo ideo differebas, iam da, quoniam ANIMA MEA VELUT TERRA SINE AQUA TIBI. CITO EXAUDI ME, DOMINE: DEFECIT SPIRITUS MEUS. Impleat me spiritus tuus, QUIA DEFECIT SPIRITUS MEUS: ipsa est causa ut cito exaudias, quia DEFECIT SPIRITUS MEUS. Factus sum iam pauper spiritu; beatum me fac in regno caelorum. In quo enim vivit spiritus eius, superbus est, spiritu suo extollitur contra deum. Fiat in illo bene quod alibi scriptum est: *Auferes spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum convertentur*, ut confiten-

7sq. dominus ... suum] cf. Ps. 84,13 11sq. sitivit ... vivum] Ps. 41,3
15 discreta ... arida] cf. Gen. 1,9 12, 8 cf. Matth. 5,3 10sq. Ps. 103,29

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N A n_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 S o_1$ ζ : P_6
 T K (exc.) $B r_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F M c_1$)
4 cum] *inc. K* 11 possum] *des. K* 12, 1 cito] *inc. K* 7 meus] *des. K*

4 adversus opera mala ε $C_1 P_7 P_{23} Y D$ 6 velut] sicut βX 8 ut] et $\alpha \varepsilon P_6$
9 velut] sicut βX 12, 1 quo (quae $V_2 ac.$) enim amore $V_2 \delta \varepsilon P_{23} Y$; qui enim amor est α_2 ; quae enim ora $C_1 P_7$ 7 exaudias] exaudies δ

tes dicant: *Memento quia pulvis sumus*. Cum autem dixerint: *Memento quia pulvis sumus*, tunc dicant: ANIMA MEA VELUT TERRA SINE AQUA TIBI. Quid enim tam terra sicca quam pulvis?

- 15 Sed CITO EXAUDI ME: complue me, confirma me, ne sim pulvis quem proicit ventus a facie terrae. CITO EXAUDI ME, DOMINE; cito, cito: DEFECIT SPIRITUS MEUS. Non differatur inopia mea. Abstulisti spiritum meum, ut deficerem, et in pulverem meum converterer, et dicerem tibi: ANIMA MEA VELUT TERRA SINE AQUA TIBI;
- 20 fac quod in illo etiam psalmo sequitur: *Emitte spiritum tuum, et creabuntur. Auferes spiritum eorum et deficient: emitte spiritum tuum et creabuntur, et innovabis faciem terrae. Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt*. In spiritu suo vetera transierunt, in spiritu tuo nova facta sunt.

- cc 2069 (13.) NE AVERTAS FACIEM TUAM A ME. Avertisti a superbo. Etenim aliquando abundabam, et in abundantia mea elatus eram: *Ego enim dixi aliquando in abundantia mea: Non movebor in aeternum. Dixi: Non movebor, in abundantia mea ignorans iustitiam tuam, et constituens meam; sed tu, domine, in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem. Dixi in abundantia mea: Non*
- mi 1853 *movebor*; verum autem a te mihi erat quidquid abundabam. Et ut hoc probares a te mihi fuisse, *avertisti faciem tuam, et factus sum*

12 Ps. 102,14 16 Ps. 1,4 20–22 Ps. 103,29–30 22sq. si ... transierunt] 2 Cor. 5,17 13, 3sq. Ps. 29,7 4sq. ignorans ... meam] cf. Rom. 10,3 5sq. domine ... virtutem] Ps. 29,8 8sq. Ibid.

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N A n_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 S o_1$ ζ : $P_6 T$ $B r_1 P_{23}$ lectiones selectae: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F M c_1$)

13 quia pulvis sumus memento tr. $X ma$ 14 sicca] sine aqua $C_1 P_7 D ma$ 15 exaudi me] domine add. $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$ 16 cito cito $V_2 \beta P_{15}$; cito $\alpha_2 \delta U$; om. cett. ma 19 velut] sicut $\varepsilon \beta$ 20 etiam quod in illo tr. $\beta \gamma_1 X ma$ (cf. en. 140,6,10 in ipso etiam psalmo: q. Exod. 2,76, cc 33, p. 107) | sequitur] dicitur $\gamma_1 X$ | emittes $H_1^2 ma$ 21 auferes ... creabuntur om. lo ma 22 renovabis $\gamma_1 X ma$ 23 suo] tuo $\varepsilon S o_1$ 13, 2 eram] sum $\varepsilon P_{23} Y T$ 7 autem] tamen β 8 tuam] a me add. $U \beta ma$

conturbatus. Post hanc conturbationem in qua factus sum, quia
 avertisti faciem tuam, post taedium spiritus mei, post conturba- 10
 tum cor meum in me, ex eo quod avertisti faciem tuam, iam fac-
 tus sum terra sine aqua tibi: NE AVERTAS FACIEM TUAM. Averti-
 sti a superbo, redde humili. NE AVERTAS FACIEM TUAM A ME,
 quia si averteris, SIMILIS ERO DESCENDENTIBUS IN LACUM.
 Quid est DESCENDENTIBUS IN LACUM? *Peccator, cum venerit in* 15
profundum malorum, contemnet. Illi descendunt in lacum, qui
 etiam confessionem perdunt; contra quod dicitur: *Ne coartet super*
me puteus os suum. Hanc profunditatem lacum appellat plerum-
 que scriptura, in quam profunditatem cum venerit peccator, con- 20
 temnet. Quid est ‘contemnit’? Iam nec ullam providentiam depu-
 tat, aut si deputat, ad eam se pertinere non putat. Proponit sibi
 peccandi licentiam, sine spe veniae habenis iniquitatis effusis.
 Non dicit: ‘Revertar ad deum, et revertetur ad me’; nec audit:
Convertimini ad me, et convertar ad vos, quoniam veniens in pro-
 fundum malorum contemnet. *A mortuo enim, inquit, tamquam si* 25
non sit, perit confessio. NE ergo AVERTAS FACIEM TUAM A ME, ET
 ERO SIMILIS DESCENDENTIBUS IN LACUM.

v. 8 (14.) AUDITAM FAC MIHI MANE MISERICORDIAM TUAM,
 QUONIAM IN TE SPERAVERAM. Ecce in nocte sum, sed in te speravi,

15sq. Prov. 18,3 17sq. Ps. 68,16 24 Mal. 3,7 25sq. Eccli. 17,26
 14, 2sq. cf. Ps. 56,2

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F$
 Mc_1) 13, 13 ne] *inc. K* 16 contemnet] *des. K* 18 hanc] *inc. K* | appellat] *des.*
 K 23 non] *inc. K* 24 vos] *des. K* 14, 1 auditam] *inc. K*

9 in *om.* α | sum] conturbatus *add.* ζ 12 terra] sicut *praem.* $\lambda \varepsilon \zeta P_{23} ma$
 15 in profundum venerit *tr.* δ 16 contemnit] $\delta \varepsilon K \zeta Y ma$ 17 quos α
 20 contemnit] -et $\gamma_1 P_{23}$ 22 licentiam peccandi *tr.* ζ | habenis] habens U
 (*ac.*) ε ; ac venis $C_1 P_7$ | habens se iniquitati δ | effusus δ 23 et] ut $X ma$
 revertitur $\pi \varepsilon P_{23} Y$; revertatur $C_1 P_7 X ma$ 24 revertar $\gamma_1 X ma$ 25 con-
 temnit $A \varepsilon C_1 \zeta P_{23} Y$ 26 et *om.* $V_2 \delta$ 27 similis ero *tr.* $\beta \zeta P_{23} X ma$

donec nocturna transeat iniquitas. *Habemus enim*, ut dicit Petrus, *certiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes, tamquam lucernae lucenti in obscuro loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus nostris.* MANE ergo appellat post finem saeculi, cum videbimus quod in saeculo credimus. *Mane enim exaudies vocem meam; mane adstabo tibi et contemplantor.* AUDITAM FAC MIHI MANE MISERICORDIAM TUAM, QUONIAM IN TE SPERAVI. Si enim quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus. Patientiam quaerit nox, laetitiam donabit dies. AUDITAM FAC MIHI MANE MISERICORDIAM TUAM, QUONIAM IN TE SPERAVI.

cc 2070 (15.) Sed hic quid, donec veniat mane? Non enim sufficit sperare, sed aliquid opus est et agere. Quare aliquid agere? Quoniam dicit in alio psalmo: *Deum exquisivi in die tribulationis meae, tamquam in tempore noctis meae deum exquisivi. Quomodo exquisisti? Manibus meis nocte coram eo; et non sum deceptus.* Manibus quaerendus est in nocte deus. Quid est *manibus*? Bonis operibus. *Coram eo. Cum enim facis eleemosynam, noli tuba canere; pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi.* Quia ergo ita sperandum est mane, et ita nox ista toleranda est, et in ipsa patientia donec dies luceat perseverandum est, quid interea hic agendum? Ne forte per teipsum acturus es aliquid, ut merearis

3-6 2 Pt. 1,19 7sq. Ps. 5,4sq. 10 Rom. 8,25 15, 3-5 Ps. 76,3
7sq. Matth. 6,2 10 dies luceat] cf. 1 Petr. 1,19

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N A n_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 S o_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (exc.) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
3 iniquitas] *des. K* 6 mane] *inc. K* 8 meam] *des. K*

14, 4 facimus $\beta C_1 P_7 T$ 5 lucenti *om. C_1 P_7 P_3* | illucescat $\gamma_1 X ma$
6 vestris $P_{23} Y ma$ 7 viderimus $\gamma_1 X ma$ 8 mane *om. λ (exc. Mc_1)*
exauditam K | mihi *fac tr. U* 15, 2 sperare] mane *praem. $\varepsilon P_{23} Y S o_1 X C_1^2$*
ma | et *om. $\gamma_1 X ma$* 3 dicit *om. δ* 7 operibus] sed bonis operibus *add. P_{23}*
X T 8 canere] ante te *add. ζ* | pater] et *praem. $C_1^2 \zeta ma$* 10 luceat]
elucescat δ ; illucescat ζ

perduci ad mane? NOTAM FAC MIHI, DOMINE, VIAM IN QUA mi 1854
 INGREDIAR. Ideo lucernam propheticam accendit; ideo ipsum
 dominum tamquam in testa carnis misit, qui etiam diceret: *Ex-*
aruit velut testa virtus mea. Ambula ad prophetiam, ambula ad 15
 lucernam praedictorum futurorum, ambula ad verba dei. Non-
 dum vides verbum in principio, deum apud deum; ambula ad
 formam servi, perduceris ad formam dei: NOTAM FAC MIHI VIAM
 IN QUA INGREDIAR, QUONIAM AD TE LEVAVI ANIMAM MEAM.
 Levavi ad te, non contra te. *Apud te fons vitae.* AD TE LEVAVI ANI- 20
 MAM MEAM, tamquam vas ad fontem attuli: imple ergo me, QUO-
 NIAM AD TE LEVAVI ANIMAM MEAM.

v. 9 (16.) EXIME ME DE INIMICIS MEIS, DOMINE, QUIA AD TE
 CONFUGI. Qui aliquando a te fugi, AD TE CONFUGI. Fugit enim
 Adam a facie dei, et abscondit se inter ligna paradisi, ut de illo
 diceretur in libro Iob: *Tamquam servus fugiens dominum suum, et*
consecutus umbram. Fugit a facie domini sui, et consecutus est 5
 umbram: ad umbram enim fugit inter ligna paradisi. Vae si per-
 manserit in umbra, ne postea dicat: *Transierunt omnia tamquam*
umbra. EXIME ME DE INIMICIS MEIS. Non ego hic inimicos homi-
 nes cogito: *Non est vobis colluctatio adversus carnem et sanguinem.*
 Sed adversus quos? *Adversus principes et potestates, rectores mundi.* 10
 Cuius mundi? Non enim caeli et terrae; non enim regunt quod

14 Ps. 21,16 17 verbum ... deum²] cf. Ioh. 1,1 18 formam servi ...
 formam dei] cf. Phil. 2,7 20 Ps. 35,10 16, 2sq. fugit ... paradisi] cf. Gen.
 3,8 4sq. Iob. 7,2 (iuxta LXX) 7sq. Sap. 5,9 9–13 Eph. 6,12

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : πU ε : $N An_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (exc.) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
 15, 12 notam] inc. K 16, 3 se] des. K

12 mihi fac tr. $V_2 N$ 14 etiam] enim ε 18 perduceris] pervenies β | dei β ;
 domini cett. *ma* | mihi] domine *add. ma* 19 quam βC_1 20 non *om. \delta*
 fons] est *praem. \zeta* 16, 1 quia *om. \delta* 2 fugi ad te *om. \gamma_1* | confugi²] confugii
 β 5 consecutus¹] est *add. \varepsilon \zeta P_{23}* | fugiit $\delta U \beta$ 6 fugiit A (*om. H_1*) $U C_1 P_7$
 7 dicatur $\varepsilon \gamma_1 ma$ 9 nobis *ma* 10 quod ε 11 enim¹ **om. \beta*

non fecerunt. *Rectores mundi*; sed cuius mundi? *Tenebrarum harum*. Quarum tenebrarum? Utique iniquorum. *Fuistis enim aliquando tenebrae; nunc autem lux in domino. Rectores mundi,*
 15 *tenebrarum harum,* rectores iniquorum: contra hos habetis lucta-
 cc 2071 men. Magnum proelium nobis est hostem non videre et vincere. *Adversus rectores mundi, tenebrarum harum,* diabolum scilicet et angelos eius: non illius mundi rectores, de quo dicitur: *Et mundus per eum factus est,* sed illius mundi, de quo dicitur: *Et mundus eum*
 20 *non cognovit.* EXIME ME DE INIMICIS MEIS, DOMINE, QUIA AD TE CONFUGI. DE INIMICIS MEIS: non Iudam, sed qui implevit Iudam, illum patior visum, illum expugno non visum. Accepit enim buccellam Iudas, et intravit in eum satanas, ut iste David persecutio-
 25 *nem pateretur a filio suo. Quam multos Iudas implet satanas, indigne accipientes buccellam ad iudicium suum. Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.* Non malum est quod datur, sed bonum malo in iudicium datur. Bene esse non potest male accipienti quod bonum est. Ergo EXIME ME AB INIMI-
 30 *CIS MEIS, QUIA AD TE CONFUGI. Quo enim fugerem? Quo abibo a spiritu tuo? Si ascendero in caelum, tu ibi es: si descendero in infernum, ades.* Quid ergo restat? *Si adsumpsero pennas meas ut columba, et volabo in extrema maris,* id est ut spe habitem in fine sae-

13sq. fuistis ... domino] Eph. 5,8 17 Eph. 6,12 18–20 Ioh. 1,10
 22sq. accepit ... Iudas] cf. Ioh. 13,27 25sq. 1 Cor. 11,29 29–33 quo² ...
 tua] Ps. 138,7–10

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_i$) λ : $\pi U f_3$ ε : $N An_4$ β : $P_4 P_3$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (exc.) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
 27 bene ... est] cf. Prosp. lib. sent. 69 (cc 68A, p. 274) 30 in¹] *inc. f_3*

16 vobis *ma* 18 rectores mundi *tr. ε ζ P₂₃ Y* 19 *dictum est β | et **om. β*
 21 Iudam¹] Iuda $\zeta P_{23} D ma$ 25 buccellas $\pi \varepsilon \zeta P_{23} Y ma$ 27 malum δC_1
 29 confugi] ergo quia ad te confugi vel quo a facie tua fugiam si ascendero in caelum (-o N) tu illic es *add. ε ζ Y So₁ X lo*; vel quo a facie tua fugiam si ascendero in caelum tu illic es *add. C₁ P₇ D* | abibo $\lambda \beta P_{15}$; abirem P_6 ; ibo *cett. ma* 32 spe] in *praem. β* | finem $C_1 P_7 ma$

culi: *Etenim illuc manus tua deducet me, et perducet me dextera tua.* mi 1855
 EXIME ME DE INIMICIS MEIS, QUONIAM AD TE CONFUGI.

v. 10

(17.) DOCE ME UT FACIAM VOLUNTATEM TUAM, QUONIAM TU ES DEUS MEUS. O confessio, o praescriptio. QUONIAM TU ES inquit DEUS MEUS. Ad alium curram refici, si ab alio factus sum? Tu es totum meum, QUIA TU ES DEUS MEUS. Patrem quaeram propter hereditatem? TU ES DEUS MEUS, non solum dator hereditatis, sed ipsa hereditas: *Dominus pars hereditatis meae.* Dominum quaeram propter redemptionem? TU ES DEUS MEUS. Patronum quaeram propter liberationem? TU ES DEUS MEUS. Postremo creatus recreari cupio? TU ES DEUS MEUS, qui creator meus, qui creasti me per verbum, et recreasti me per verbum. Sed creasti per verbum deum manentem apud te, recreasti per verbum carnem factum propter nos. DOCE ergo ME UT FACIAM VOLUNTATEM TUAM, QUONIAM TU ES DEUS MEUS. Si non me docueris, faciam voluntatem meam, et deseret me deus meus. DOCE ME UT FACIAM VOLUNTATEM TUAM, QUONIAM TU ES DEUS MEUS. DOCE ME: non enim tu es deus meus, et ego ero magister meus. Videte quemadmodum gratia commendetur. Hoc tenete, hoc imbibite, hoc vobis de corde nullus excutiat, ne habeatis zelum dei, *sed non secundum scientiam*, ne ignorantes dei iustitiam, et vestram volentes constituere, iustitiae dei non sitis sub-

17, 6 Ps. 15,5 9–11 creator ... te] cf. Ioh. 1,1 11 verbum² ... factum] cf. Ioh. 1,14 19sq. sed ... subiecti] Rom. 10,2sq.

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : $\pi U f_3$ ε : $N A n_4$ β : $P_4 P_5$ γ_1 : $C_1 P_7 S o_1$ ζ : $P_6 T$ K (*exc.*) $B r_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F M c_1$) 34 exime] *inc.* K 17, 4 meus] *des.* K 7 dominum] *inc.* K 13 meus] *des.* K

33 perducit β ; tenebit P_6 34 de] ab $V_2 U \varepsilon \zeta P_3 P_{23}$ | confugi] domine *add.* $V \varepsilon \zeta P_{23} X$ 17, 1 doce] deduc β | ut faciam] facere δ | quoniam] quia $\alpha \varepsilon \zeta P_{23}$ 3 *deus meus inquit *tr.* β | curam refecit P_4 ; currere feci $N \gamma_1 X$; currerem refeci $P_{23} Y$ 10 qui *om.* λf_3 | verbum¹ f_3 *al.*; tuum *add.* $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X m a$ 11 creasti] me *add.* $\varepsilon \zeta m a$ 12 pro nobis δ 13 quia ζ 14 tuam δ | deserit β 15 meam δ | quia ζ 20 constituere] legem *add.* $\varepsilon Y T$

cc 2072 iecti. Verba certe apostoli agnoscitis. Dicite ergo ista: DOCE ME
UT FACIAM VOLUNTATEM TUAM, QUONIAM TU ES DEUS MEUS.

(18.) SPIRITUS TUUS BONUS, non meus malus, SPIRITUS
TUUS BONUS DEDUCET ME IN TERRAM RECTAM, quia spiritus
meus malus deduxit me in terram perversam. Et quid ego merui?
Quae mea opera bona sine tuo adiutorio computantur, unde im-
5 petrarerem dignusque essem deduci ab spiritu tuo in terram rec-
tam? Quae opera mea, vel quae merita mea?

PROPTER NOMEN TUUM, DOMINE, VIVIFICABIS ME. *v. 11*
Attendite, quantum potestis, gratiae commendationem qua gratis salvi
facti estis. PROPTER NOMEN TUUM, DOMINE, VIVIFICABIS ME.
10 *Non nobis, domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* PROP-
TER NOMEN TUUM, DOMINE, VIVIFICABIS ME IN TUA IUSTITIA,
non in mea, non quia ego merui, sed quia tu misereris. Nam si
meum ostenderem meritum, nihil abs te mererer, nisi suppli-
cium. Avulsisti merita mea, inseruisti dona tua. PROPTER NOMEN
15 TUUM, DOMINE, VIVIFICABIS ME IN TUA IUSTITIA; EDUCES DE *v. 12*
TRIBULATIONE ANIMAM MEAM, ET IN TUA MISERICORDIA AD
INTERITUM DEDUCES INIMICOS MEOS, ET PERDES OMNES TRI-
BULANTES ANIMAM MEAM, QUONIAM SERVUS TUUS SUM EGO.

18, 10 Ps. 113,9 (1)

π : α ($V_2 Mc_1$) δ ($A H_1$) λ : $\pi U f_3$ ε : $N An_4$ β : $P_4 P_3$ γ_1 : $C_1 P_7 So_1$ ζ :
 $P_6 T$ K (*exc.*) $Br_1 P_{23}$ *lectiones selectae*: $D P_3 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$ (= $F_2 F Mc_1$)
18, 1 spiritus¹] *inc.* K 2 rectam] *des.* f_3 4 adiutorio] *des.* K 6 quae¹] *inc.*
 K 7 me] *des.* K 11 in] *inc.* K 12 merui] *des.* K 15 educes] *inc.* K
18 ego] *des.* K

21 cognoscitis β ; agnoscentes δ 18, 3 ego] ergo δN 5 ab] a $X P_6 ma$
7 attendite] ergo *add.* $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y X ma$ 8 grati δ 13 abs] a δ 14 dono
tuo β 16 misericordia] iustitia β 17 animam meam tribulantes *tr.* $\varepsilon P_{23} Y$
18 ego sum *tr.* $C_1 K P_7$